Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

inter tabnaculum uero et castra excubabat leuiticus. et tabnaculis suis propinquiores tabnaculo quam castris et excubabant similiter per iiii. plagas. Moyses et aaron cum suis ad orientem. reliqui ab hiis caathyte ad meridiem sub custodia eleazar filii aaron. Gersonite ad occidentem et merarite ad septentrionem et erant utrique sub custodia ythamar. **De commutatione primogenitorum pro leuitis. iii.**

Separauit dominus sibi tribum leui. pro primogenitis que ei habebant et iumenta leuitarum pro primogenitis iumentorum. quasi commutationes faciens cum ipso. Primogenita enim omnia specialiter ei erant sua. quia cum occideret primogenita egipti. pepercit primogenitis eorum et reseruauit ea.
Exodo xii. Deinceps tunc per idipsum omnia primogenita eorum sanctificauit sibi in perpetuum et maxime quia primitie quorumlibet fructuum debentur domino. Pro his ergo primogenitis que ei habebat tulit sibi tribum leui et iumenta. Et ipsos primogenita illa habuit pro leuitis et iumentis eorum. Et ne duodenarius numerus tribuum minueretur. tribum manasse quam pro leuitis instituit. effraym uero pro ioseph. Ne autem maior uideretur numerus leuitarum. quam primogenitorum et ita uniquique esset commutatio. ait dominus ad moysen. Numera filios leui masculos ab uno mense et supra. Et cum numerati essent. inuenti sunt xxvii. milia. Nota tamen quia si diligenter attendas in libro numerorum per familias. inuenies xxii. milia et ccc. Dicit hebreus quia ccc. in eis erant primogeniti et ita iam erant domini. Iterum ait dominus ad moysen. Numera primogenitos masculos a mense uno et supra et inuenti sunt xxii. milia. cc. lxxiii. et ita plures leuitis. Ne ergo dampnosa esset illa commutatio domino si non restitueretur ei primogenitum quod deerat in leuitis precepit sibi dari v. siclos argenteos. Tulit autem moyses in precio ducentorum lxxiii. qui superant
Supra exodo ... iiii. per singula capita. v. siclos ad mensuram sanctuarii et dedit eos aaron et filiis suis iuxta uerbum domini. **De etate ministerii et differentia ministrorum.**

Locutusque est dominus ad moysen. Numera leuitas a xxx. anno usque ad quinquagesimum. ut seruiant mihi in duobus. Hii in tabnaculo portando et collocando. emeriti in seruando. Et cum numerati essent inuenti sunt octo milia quingenti octoginta. Lxx. tamen tradit a xxv anno quem numerum annorum nos in ordinatione sacerdotum obseruamus. Isti deferebant tabnaculum in hunc modum. quia non licebat ea que erant ultra uelum nuda uideri. primo intrabant sacerdotes et inuoluebant archam. propiciatorium et cherubyn. prius uelo quod ante pendebat et post pallio iacinctino et altare aureum et candelabrum et mensam cum utensilibus suis pallis inuoluebant. Tunc intrantes caathite. propriis humeris omnia hec inuoluta deferebant. Similiter et altare holocaustorum cum utensilibus suis. ut quibusdam uidetur. Gersonite ut breuiter dicam deponentes tectum tabnaculi. mollia ferebant in curribus. scilicet cortinas. saga. pelles rubricatas et iacinctinas. tentorium quod erat ante tabnaculum. cortinas atrii et funes et uasa. ministerii que ad altare eneum pertinebant. De altari holocausti tacet liber a quibus ferebatur. potest dici quod uasa eius ferebant gersonite. ut in libro habetur. ipsum altare caathite propriis humeris ferebant. Merarite uero ut breuiter dicam. omnia tabnaculi et atrii que dura erant. tabulas. bases. uectes. columpnas paxillos et ferebant ea curribus. Emeriti leuite non seruiebant sic in opere. sed posito tabnaculo sedebant custodes. **De modo reddendi rem alienam. v.**

Tunc precepit dominus per manus sacerdotum eici a castris leprosos et semine fluentes. Et feminam etiam ita. Addidit quoque de redditione rei aliene ut fieret cum quinta parte capitis. sed quia in exodo uidetur xxi.
dici contrarium. scilicet ut in quadruplum redderetur ... ideo huc usque distulimus. ut hic solueremus. et dicimus quia aliene rei possessio ... aliquando fiebat ex industria. furto et rapina. aliquando per negligentiam. aliquando per ignorantiam. De re sublata scienter in exodo dicitur quod restituat in quadruplum. si perierat res. quod si extabat in duplum. Sed ubi legis v. boues pro uno. alia est translatio. secundum quosdam. Lucas xix.
et quod in quadruplum ueri dicatur ex uerbis zachei probatur. De re sublata per ignorantiam agitur hic. ut reddatur caput et quinta pars desuper. Si uero non esset qui reciperet reddetur domino et esset sacerdotis pro peccato uero furti. in negligentie fiebat aliqua oblatio secundum quantitatem rei. Iosephus dicit aurum et argentum reddi in duplum. iumenta reddi in quadruplum. solum bouem in quintuplum. et quincuplum. quia qui possidet ceteris utilius. tanto amittit dampnosius. **De iudicio zelotipie.**

(uel de furtiua re si periit latet et fur penitens sponte offert et reddit.)

Addidit quoque dominus de lege zelotipie. Zelus proprie dicitur amor uiri in uxorem per quem sustinere non potest ut alii misceatur. Vnde uiri dicuntur zelotes. Zelotipia uero quasi dicitur mechya. et zelotipus dicitur adulter. Solet quoque dici zelotipia sola suspitio adulterii. de qua legitur hic in hunc modum. Si spiritus zelotipie concitauerit uirum contra uxorem suam que polluta est. sed probari non potest. uel quia falsa suspitione appetitur. adducat eam ad sacerdotem et offerit pro ea assarium farine ordeacee. quod est decima pars sati. non fundet oleum. non thus imponet. Sacerdos autem statuet eam coram domino et ponet in manibus eius. in uase fictili aquas uiuas et oblationem farine et pugillum eius incendet super altare et mittet in aquam puxillum puluis de pauimento tabna-

Sed quia ibi legitur et altare mundabatur etc. dic quod caathite altare holocausti portabant et uasa eius. potest dici propter quod gersonite ferebant uasa ministerii altaris. non altaris uasa forte aliqua in quibus ponebat ea qui portabat pertinentia ad altare et illa uasa ponebant super currum.